



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

Festum pretiosi Corporis Christ D. N. J.C.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

quidquid vel agendum , vel patiendum occurrerit per septimanam , absolutè consecremus ei omnia. Pacto subjugamus : *quicunque vult salvus esse &c.* ad Nomen SSS. Trinitatis profundè nostra inclinemus capita nobiscum illud ruminantes: *si Deus ego sum, ubi honor meus.*

## Festum pretiosi Corporis D. N. Jesu Christi.

### EXHORTATIUNCULA I.

**D**uo à nobis petit Jesus Captivus in Venerabili Sacramento : *amorem & compassionem.* Amorem ; quia in cibum , & potum se nobis obtulit totum; compassionem , quia necdum finis offendarum , ac irreverentiarum , quibus quotidie contristatur in suo Amoris Tabernaculo. Quid igitur agendum, ut & diligamus , & diligendò Dilecto compatiāmur?

### *Instructio meritoria.*

Pro avertendis gravioribus offendis , ac injuriis *Litanias de Sacrosancto hujus Sacramenti Mysterio recitemus in templo.*

plo. Manè autem excitati per hanc amorosam Octavam citò nos proripiamus ex lectulo, & provoluti in genua suspiremus ad cœlum, & totum universum: *Centies millies laudetur & adoretur Sanctissimum Altaris Sacramentum!* Non carebit suo fructu hæc generosa matutina devotio.

## II.

**O** Fili! an non hodie ingemiscamus cum mellifluo Bernardo: *si totum me debeo pro me factō, ac creāto: quid addam pro me refectō, & refectō tam mirabili modo!* O perfide mundus! vade retrò cum tuis deliciis! has offers, ut corpore & anima primas. Non sic Jesus, qui se totum in ara immolat, ut homo æternū vivat. Quis non accedat?

*Instructio meritoria.*

Quidquid hodie sumpserimus de cibo, aut potu, intingamus priùs in sanguine, & vulneribus Jesu. O quam benedicta hæc erit refectio. Nec ulla transeat mensa, ubi circà hujus medium non colligamus animum, eumque spirituali communione mentaliter revolvendō

Rych-

Rythmum : *anima Christi sanctifica me*  
*&c. non reficiamus. Pro gratitudine*  
*ratione instituti SS. Altaris Sacramenti*  
*dicamus psalmum : Benedic anima mea*  
*Domino, & omnia, quæ intra me sunt,*  
*nomini sancto ejus. Grande Mysterium !*  
*sed ubi retributio ?*

## III.

**D**ilecte ! grande nobis paratur con-  
 vivium , in quo Christus Jesus su-  
 mitur, recolitur memoria Passionis ejus,  
 mens repletur gratiâ , & certum nobis  
 datur pignus futuræ gloriæ. O quot  
 sunt beneficia in hoc Sacramento Amo-  
 ris ! & quid rependimus ? nunquid of-  
 fensas ? injurias ? sed hoc non est dilige-  
 re Jesum. Ostendam modum alium.  
 Sic jubet Amor.

*Instructio meritoria.*

Dum soli sumus in cubiculo , genufle-  
 etamus versus quatuor mundi plagas  
 cum affectu adorationis : *Laudetur,*  
*& ametur centies millies Sanctissi-*  
*mum Altaris Sacramentum. Subjun-*  
*gamus desuper unam , vel alteram visita-*  
*tionem dulcissimi Venerabilis extraor-*  
*dina-*

94 Dominica II. post Pentecosten.

dinariam. Hospes adest! nugæ valete!  
præcedit Jesus! non novi vos.

Dominica infra Octavam Cor-  
poris Christi,  
seu

Dominica II. post Pentecosten.

EXHORTATIUNCULA I.

**C**harissime! noli mirari, si vos odit  
mundus; quia diligitis, & queri-  
tis Deum. Id quod nec dæmon, ne  
patitur sæculum. Nil interest! oderit  
vos mundus! quid tum? vos interim eò  
ferventiùs properate ad Dominum. Quòd  
infensor inferis, eò gratior superis.

*Instructio meritoria.*

Properate, inquam, & hodie per diem  
sæpius oculos vestros ad cœlum levate  
cum suspirio intensissimo: *o quam soror mihi terra, dum cœlum aspicio!* pro ob-  
tinendo contemptu perfecto sæculi, &  
omnium terrenorum per quadrantem  
visitemus Sanctissimum Venerabile re-  
citantes 12. *Pater & Ave* cum renova-  
tione trium solemnum Vororum. O  
quam dulce est velorum meminisse!

II.

